

## Band X., Nr. 4882, Seite 515-516

*Die Edlen Streif und Ernst von Weinberg geben dem Kloster Salem  
Genugtuung für Schädigung seines Besitzes in Altmannshausen.*

Metzingen, 1296. Juli 26.

Universis hanc litteram inspecturis Straifo et Ernestus nobiles de Winberc<sup>1</sup> germani fidem presentibus adhibere. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod, cum nos nostre salutis immemores venerabilibus in Christo . . . abbati et conventui monasterii de Salem in possessionibus eorundem aput Altmanshusen gravia dampna intulissemus et ob hoc ab eisdem gravibus excommunicationis fuisse sententiis innodati, tandem reversi ad cor in restaurum eorundem dampnorum omnium pro nobis nostrisque complicitibus receptis ab eisdem de Salem quatuor urnis vini measure in Ezzelingen ipsis promisimus et promittimus per presentes iuramento prestito corporali, quod possessiones in Älchingen universas cum iure patronatus eisdem annexo ac aliis attinentiis et iuribus universis ad manus nobilium virorum dominorum nostrorum comitum C. de Kilchperg, Ottonis von dem Nüwenhuse<sup>2</sup>, Hart. de Brandenburg et C. de Bernegge<sup>3</sup>, a quibus easdem possessiones omnes et singulas hactenus in feodum tenuimus, resignabimus et renuntiabimus omni iuri pro nobis nostrisque heredibus universis, quod nobis in dictis possessionibus competit seu iure patronatus predicto, ac faciemus omnia, que prefatis de Salem de sepedictis possessionibus et earum attinentiis placuerint facienda in expensis eorum, quandocunque et quotienscunque ab ipsis fuerimus requisiti. Damus insuper in restauram eorundem dampnorum possessiones sitas in Zützishusen cum iure proprietatis omnes quas miles dictus Züttelman de Nüwertingen a nobis in feodum tenuit ibidem, renuntiantes omni iuri quod nobis in eisdem competiit pro nobis nostris[que] heredibus universis. In cuius facti evidentiam hanc litteram sepedictis de Salem nostris sigillis porreximus communitam. <br> <br> Actum in Metzingen, anno domini MCC nonagesimo sexto, VII. kalendas Augusti, presentibus hiis testibus, videlicet Cudis milite de Tettingen, Friderico de Alchdorf, Ludewico Züttelman, . . . dicto Landöse, fratre D. de Bermetingen monacho, fratre Ber. provisore de Esselingen aliisque pluribus fide dignis.

<sup>1</sup>Abgegangene Burg der Herren von Stöffeln, auf dem Weinberg bei Metzingen, RT.

<sup>2</sup>Abgegangene Burg Neuhaus bei Holzheim, NU.

<sup>3</sup>Berneck, Deggingen, GP, vielleicht eher als ein vermutetes Berneck, das bei Hüttisheim abgegangen sein soll.

## II

—

Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Siegel aus mit Eisenoxyd gemischtem Wachs, 1) s. WUB, Bd. IX, S. 408, Nr. 4054. 2) rund, 50 mm., im Schild ein aufgerichteter Löwe, im Siegelfeld, aus den drei Seiten des Schildes hervorstachsend, je drei Blumen; Umschrift: + . S . ERNESTI . DE . WINBERCH.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA München

### Signatur/Titel des Originals:

Kloster Salem Urkunde 5

### Editionen:

FRIEDRICH PRESSEL (HRSG.): Ulmisches Urkundenbuch, 2 Bde., Stuttgart bzw. Ulm 1873-1900, 1, 229. Codex diplomaticus Salemitanus, 2, 516, n. 953.

### Regesten:

Zeitschrift für Baiern und die angränzenden Länder 1 (1816) - 2 (1817), Bd. 2 (1817), S. 150. Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 3, 353.

## Weitere Angaben

### Beschreibstoff:

Pergament

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Metzingen

### Ortsindex:

Altdorf Wohnplatz (81) <br> Altdorf, BB <br> Altmannshausen Wüstung (23669) <br> Altmannshausen, Hayingen, RT, W <br> Bermatingen Wohnplatz (17796) <br> Bermatingen, FN <br> Berneck (Regierungsbezirk) <br> Berneck Wohnplatz (617) <br> Berneck, Deggingen, GP <br> Brandenburg Wohnplatz (16745) <br> Brandenburg, Dietenheim, UL <br> Dettingen an der Erms Wohnplatz (15836) <br> Dettingen an der Erms, RT <br> Elchingen, NU <br> Esslingen am Neckar Wohnplatz (331) <br> Esslingen am Neckar, ES <br> Gönningen : Reutlingen RT <br> Gönningen Wohnplatz (15973) <br> Holzheim, NU <br> Hüttisheim Wohnplatz (16830) <br> Hüttisheim, UL <br> Metzingen Wohnplatz (15896) <br> Metzingen, RT <br> Neuhaus (Burg),

#### IV

Holzheim, NU, W<br> Nürtingen Wohnplatz (421)<br> Nürtingen,  
ES<br> Oberkirchberg Wohnplatz (16990)<br> Oberkirchberg, Iller-  
kirchberg, UL<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem  
Wohnplatz (18257)<br> Weinberg (Burg), Metzingen, RT, W<br>  
Zizishausen Wohnplatz (426)<br> Zizishausen, Nürtingen, ES